



**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesu Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censvris.  
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Qvæstio XXII. De Sacerdotio Christi. In sex Articulos diuisa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](#)

men non debere ita rogare: *Christe ora pro nobis;*  
sed, *miserere, exaudi &c.*, partim propter periculum  
Arij & Nestorij; partim quia oratio dirigitur ad  
personam; Christi autem persona est Verbum diu-  
num, cuius non est orare; sed misereri, adiuuare.

His additum; Sicut Principes compellamus titulo  
honorificentiore, ita id quod perfectius est, Chri-  
sto tribendum est. Qui tamen nouit Christum

apprehendere ut hominem, & ut Deum, recte po-  
tent ab eo petere ut orationes ipsius Patri offerat,  
easque cum suis coniungat: ut aperte colligitur  
ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 8: imo ro-  
gare ut nobis meritorum suorum efficacem ap-  
plicationem impetrat: ut colligitur ex supra  
dictis.

## Q V A E S T I O   X X I I .

## De Sacerdotio Christi.

In Sex Articulos divisa.

## ARTICULUS I.

## Vtrum Christus sit Sacerdos?

**R**espondetur; Christus verè & propriè est  
Sacerdos. Est fidei. Et probat hoc Apostolus totâ penè epistola ad Hebreos, po-  
tissimum cap. 5. 8. 9. 10.

*Munus Sacerdotis.* Pro quo Notandum; Sacerdotè constitui me-  
diatorem inter Deum & homines; ut colligitur  
ex Apostolo ad Heb. 5. v. 1. *Omnis Pontifex ex ho-  
minibus assumptus, pro hominibus constitutus in ihsus que  
sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis.*  
Nam populus per illum colit Deum; & Deus vi-  
cissim per illum sanctificat & docet populum.  
*Ad Deum.* & ad Populum. Ad Deum munus eius est, orare  
pro populo, populiique vota representare, & sac-  
rificium pro populo offerre. Idque tríplici fine: vel  
ad peccatorum expiationem; vel ad beneficiorum  
imperacionem; vel ad gratiarum actionem pro  
beneficijs acceptis. Cultus autem Dei, est intrinse-  
cus & immediatus finis omnis sacrificij. Ad po-  
pulum autem munus eius est: Primo, Populum  
instruere in rebus ad cultum diuinum & salutem  
pertinentibus. Secundo, Eundem legibus guber-  
nare, & dirigere ad finem spiritualē; id est, vt Deo  
sit acceptus, cœloque idoneus. Tertiò, Eundem  
sanctificare, iuxta facultatem & modum Sacer-  
dotij. Quartò, Iudicare de controvenerijs ad reli-  
gionem & cultum pertinentibus.

*Sacrificium* eius scilicet in quo totius Sacerdotij est potestas,  
est illi proprie- pertinente; tamen specialiter sacrificium est ipsi  
priuum, proprium, tamquam primarius & specialis actus,  
nulli alii cœveniens. Accipitur autem nomen Sa-  
cerdotij dupliciter. Primo, Generatim & impro-  
priè; ut sacrificium dicatur omne id, quod ad ho-  
nore Dei refertur, siue sui actus virtutis internus,  
sicut contritus, humilitas; Psal. 50. v. 19. *Sacrificium  
Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum.*

*Siuex externus, vt mors Martyrum, Sap. 3. Laudes  
diuinæ, Ad Heb. 13. Quo modo definitur ab Au-  
gustino lib. 10. de Ciuit. c. 6. *Sacrificium est omne opus  
bonum, quod fit, ut sancta societas Dei inheremamus.*  
Huic Sacrificio generali, responderet etiā Sacerdo-  
tium generale commune omnibus Christianis.  
*Apoc. 1. v. 6. Fecit nos regnum & Sacerdotes Deo &  
Patri suo. 1. Petri 2. v. 5. omnes fideles vocantur  
Sacerdotium sanctorum, qui offerant hostias spiritales**

Deo. Item *Sacerdotium regale.* v. 9. Secundò, Acci-  
pitur Sacrificij speciatim & propriè pro externa  
oblatione Deo facta per mysticam transmutatio-  
nem, in protestatione summi dominij, à quo om-  
ne bonum nostrum pendeat: & distinguitur à sim-  
plici oblatione: sicut dictum est lib. 2. de Iustit. &  
Iure cap. 38. dub. 2.

Est autem hoc Sacrificium, vel Priuatū, quod  
aliquis sua voluntate offert Deo pro se; quale for-  
tè Agnus Paschalis. Vel Publicū, quod ex diuinā  
ordinatione mediata (per lumen rationis naturalis)  
vel immediatā offertur nomine totius populi: &  
hoc propriissime dicitur sacrificij, cui respondet  
propriissimum dictum Sacerdotium; ut pater ad  
Heb. 5.

Hoc Sacrificij propriissime contunit Christo,  
idque intendit D. Thomas hoc Articulo. Proba-  
tur Primo, *Quia Christus constitutus est à Deo, ut se-  
ipsum offerret Deo oblationem & hostiam in odorem Christi  
suauitatis, ad Ephes. 5. v. 2.* Secundò, *Quia in vlti-  
ma Cœnâ obtulit verū & propriè dictū sacri-  
ficiū; quod etiam Ecclesia sua faciendum tra-  
dedit, vt eruditè Concilium Tridentinū sess. 22.  
cap. 1. Et docet communis Patrum consensus.  
Tertiò, Quia in atra Crucis verum ac proprium  
sacrificium obtulit. Patet ex Apostolo c. 9. & 10.  
ad Hebreos. Et docet D. Augustinus lib. 10. de  
Ciuit. cap. 6. & 20. & lib. 4. de Trinit. cap. 14.  
vbi inter cetera ait, *Eum qui offert, quod offertur, &  
pro quibus offertur; esse unum.* Idem docet D. Tho-  
mas infra q. 48. a. 3. Quartò, *Quia quotidie of-  
fert verū Sacrificium per manus ministrorum  
suorum: vt docet Concil. Trident. sess. 22. cap. 2.  
nam ipse est primarius offerens in omni legis no-  
uae Sacrifício.**

Dices; Christus non interfecit seipsum, nec ali-  
quo modo mysticè immutauit in Passione: ergo  
nec sacrificauit propriè.

Respondeo; Non requiritur ut occisio hostia *Qualis*  
fiat ab ipso Sacerdote physicè & positiuè: fed satis *occisio ho-*  
cīt ut moraliter; nempe imperio, vel liberā per *sia feri*  
*debet per* *sacerdotem.* Et ita Christus seipsum sacrificauit. Primo, *Quia cum haberet vitam in sua potestate,*  
eā tormentis mortiferis exposuit. Secundò, *Quia*  
suos interfectores, cū facillimè posset, non im-  
pediuit, sed permisit eorum malitia vclus est.  
Tertiò, *Quia cum post omnia tormenta haberet*  
in potestate vitam suam, permisit eam tormentis  
vinci & interimi, eam mente Patri offrens in cul-  
tum, & satisfactionē peccatorum. Vnde Ioan. 10.

136 Quæst. 22. De Sacerdotio Christi. Art. 1.D. 1.2.A. 2.3.4.5.6.

Martyros  
seipso non  
sacrificantur, vitam suam in potestate: nec ipsi erant à Deo in-  
sacrificantes, statuti Sacerdotes ad talem hostiam offerendam.

& in remissionē peccatorum nostrorū; & vt pacē  
haberemus cum Deo; & vt tandem integrē sp̄ritus  
noster cum Deo coniungeretur. Vide D. Tho.

ARTICVLVS III.

*Vtrūm effectus Sacerdotij Christi,  
sit expiatio peccatorum?*

R Espondet; Expiatio peccatorum & secun-  
dūm culpam, & secundūm poenam, est effec-  
tus Sacerdotij Christi. Patet hoc ex dictis de  
Christi merito. Vide D. Thomam.

ARTICVLVS IV.

*Vtrūm effectus Sacerdotij Christi,  
etiam ad Christum pertinuerit?*

R Espondet; Præcipius effectus Sacerdotij,  
quā Sacerdotium, non peruenit ad Christū: Effectus  
quidam  
ad Christū  
quia hic effectus est expiatio peccatorum. Quod  
intellige in statu naturæ lapſe. Alij autem effectus  
potuerūt ad ipsum peruenire: vt gloria corporis,  
consummatio beatitudinis, & omnis externa glo-  
ria. Circa solutionē secundi Argumenti: Notan-  
dū est; Sacrificium ex opere operato non solum  
est Satisfactorium, seu Propitiatorium, licet hic  
sit eius principalis effectus quā Sacerdotium est;  
( quo modo intellige quōd hic ait D. Thomas:) sed etiam Impetratiuum gratiæ, & gloriæ. Et hoc  
modo poterat effectus Sacerdotij Christi perue-  
nire ad ipsum Christum, nō solum ex opere ope-  
rantis; id est, ratione deuotionis ipsius offerentis;  
sed etiam ex opere operato; id est, ratione excel-  
lentiae operis externi.

ARTICVLVS V.

*Vtrūm Sacerdotium Christi per-  
maneat in aeternum?*

R Espondet; Sacerdotium Christi esse eter-  
num. Primo, Quatenus virtus & effectus Sa-  
cerdotij Christi manet in eternum; quia importat  
Sacerdotij  
eternum  
ad placiter.  
nobis bona aeterna. Secundo, Quia nullum aliud  
Sacerdotiū succedit Sacerdotio Christi, sed hoc  
semper durabit usque ad consummationē saeculi.  
Tertio, Quia etiam munus huius Sacerdotij, scil.  
oblatio Eucharistiæ, & peccatorū expiatio usque  
ad finem seculi peruerabunt. Hoc autē tempus,  
iuxta Scripturæ phrasim, dicitur aeternū. Quartū,  
Quia etiam postea in omnem aeternitatē perseuer-  
abit munus huius Sacerdotij in gratiarū actione  
& laude; & etiam in quadam repetitione oblatio-  
nis preterita per effectum & approbationem.

ARTICVLVS VI.

*Vtrūm Sacerdotium Christi fuerit  
secundūm ordinē Melchisedech?*

R Espondet affirmatiuè. Est fidei. Psal. 109.  
v. 4. Tu es Sacerdos in aeternum, secundūm ordinē  
Melchisedech. Quem locum Apostolus ad Heb. 7.8.  
& 9. exponit de Sacerdotio Christi. Ut autem  
intelligatur, quomodo id fuerit:

Notandum Primo, Contra antiquos hereticos Hereses  
Melchis.  
(quorū aliqui dixerunt Melchisedech fuisse Spi-  
ritum S., alij virtutem quandam Christo maiorē,  
alij Angelum specie humanā) hunc fuisse verum  
hominem; vt patet Gen. 14. & ad Heb. 5. & 7. vbi  
Scriptura

Caluinis-  
tis.

Est sacer-  
dos ut  
homo.

vt totus  
Christus,  
est vieti-  
ma.

Sacerdos  
ab initio  
non episo-  
niis.

Intri-  
pliciter.

DVBIVM I.  
*Vtrūm Christus, ut homo, An ut Deus,  
sit Sacerdos?*

R Espondeo, Hæretici huius temporis, præser-  
tim Caluinistæ, dicunt Christum, quatenus  
Deus est, esse Sacerdotem: humanitatem autem  
esse hostiam. Vtrumque falsum est: nam non erat  
Sacerdos, nisi secundūm naturam, qua meruit &  
satisfecit: satisfecit enim & meruit actu sacrifici-  
andi. Atqui non meruit nec satisfecit per diu-  
niam naturam, vt suprā q. 19. dictum est: quamquā  
estimatio meriti & satisfactionis, à diuinitate Per-  
sonæ dependerit, tamquam à principio quod ope-  
ratur. Deinde: Sacerdos necessariò includit natu-  
ram Deo inferiorem; nam sacrificare, est Deum  
colere: Christus autem ut Deus, non erat naturæ  
inferioris, vt posset Deum colere. Ipsum tamen  
Verbum potest dici Sacerdos per communicatio-  
nem idiomatum. Ut vero omnis suspicio erroris  
vitetur, melius est addere determinationem, *Se-  
cundūm naturam humanam.*

Humanitas etiam propriè nō erat victimæ, sed  
totus Christus. Patet ad Ephes. 5. ad Heb. 9. & 10.  
& ex D. August. lib. 4. de Trin. c. 14. Nam Christus  
scipsum obtulit, non solam carnem. Et sicut  
Deus recte dicitur mortuus, ita potest dici victimæ  
& sacrificium.

DVBIVM II.

*Quando Christus acceperit Sacer-  
dotij dignitatem?*

R Espondeo, In primo momento Conceptio-  
nis: natus enim est Sacerdos, & mediator, &  
Saluator generis humani. Ut patet ex nomine  
ipsius impositione. Vnde hoc non meruit, sed meri-  
tum supposebat; sicut & esse Caput. Confirmatur;  
Sacerdotium in Christo, præter unionem hy-  
postaticam, & dona habitualia, que ipse non me-  
ruit, nihil ponit in ipso, quām moralē quandam  
potestatem ex deputatione diuinā proueniēt. Atqui ab initio ad hoc deputatus fuit ex diuinā  
benignitate, vt scipsum pro nobis offerret: ergo  
&c. Vnde statim hoc munere fungi coepit, mente  
scipsum offerens, variamq[ue] sanctificationē ope-  
rans, tūm circa Matrem, tūm circa Ioannem Ba-  
ptistam, tūm circa Elizabetam, & alios: & pro-  
gressu temporis illustriores Sacerdotij functiones  
pro rerum opportunitate edidit.

ARTICVLVS II.

*Vtrūm Christus simul fuerit  
Sacerdos & Hostia?*

R Espondet affirmatiuè. Et patet ex Apo-  
stolo ad Ephef. 5. v. 2. Dilexit nos, inquit, &  
tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam  
Deo in odorem suavitatis.

Notandum est; Est triplicem hostiam, scilicet  
Pro peccato, Pacificam, & Holocaustum. Et hoc  
triplici modo Christus fuit hostia. Nā obtulit se

*Fuit sem.* Scripturā aperit loquitur de illo tamquā de homine. Est communis Patrum sententia. Vide Castro. Verbo, Melchisedech. Quis autem fuerit, incertū. Satis probabile est, fuisse Sem primogenitum Noë: vt docet D. Hieronymus expensis aliorum sententijs; in epist. ad Euagrū tom. 3. ep. 126. & in quæstionibus Hebraicis: quem sequitur Rupertus, Abulensis, Lippomanus, & quidam alij recentiores. Hic enim etsi dece generationibus antecesserit Abramum; tamen superuixit illi saltē annis trigesinta quinque; vel vt vult Hieronymus, annis quadraginta: vixit enim annis sexcentis, ut patet ex c. 11. Genes. Alij sentiunt fuisse quemdam Chananeū, qui etsi ex idololatri natus esset, tamen verum Deum colebat, sicut Iob. Ita sentiunt Irénæus, Hypolitus, Eusebius Cæsariensis, & quidam alij, vt resert Hieronymus epist. ad Euagrum. Idem sentit Theodoretus quæst. 63. in Genesim, & aliquot Græci posteriores, Theophilactus, & alij.

*Fuit verus Sacerdos.* Notandum Secundò, Hunc Melchisedech fuisse verè Sacerdotem; vt patet Gen. 14. v. 18. At Melchisedech Rex Salem, panem & vinum protulit, erat enim Sacerdos Dei altissimi. Nomen autem Sacerdotis, propriè hic accipitur, non autem pro Principe. Pater, Tum ex Psal. 109, tum ex illo loco Genesim, ubi primum vocatur Rex, deinde Sacerdos. Tum, quia Paulus ad Hebr. 7. vtrumque tribuit Melchisedech, explicans vtrumque locum. Porro, ad istud Sacerdotiū non fuit Melchisedech externis ceremonijs consecratus, vt Aaron: nec aliqua supernaturali aut peculiari potestate & autoritate donatus: sed erat tale, quale in lege naturæ inter fideles usurpabatur, apud quos, omnes primogeniti & Patres-familias, à Noë usq; ad Aaron, erant Sacerdotes, tefte Hieronymo in quæstionibus Hebraicis. Vnde videtur fuisse modus quidam Hierarchiæ, ita vt alij essent superiores, alij inferiores Sacerdotes. Et sic videtur Melchisedech fuisse veluti summus aliquis Sacerdos, tamquam primus Pater-familias inter omnes fideles. His positis:

*12 Sacerdotiū Melchise- doch repre- sentat Sa- credotium Christi quintupliciter.* Dicendum est, Christum vocari Sacerdotem secundū ordinem Melchisedech: non quod eius Sacerdotiū esset eiusdem rationis (nam Sacerdotium nouæ legis, quod Christus suis ministris comunicauit, est longè excellētius Sacerdotio Melchisedech, prout veritas præstat figuræ) sed idcō dicitur secundū ordinem Melchisedech, quia excellentia Sacerdotij Christi perfectius fuit representata in Melchisedech, prout in Scriptura introducitur, quām in ylo alio: ita vt illud, secundū ordinem Melchisedech, nihil sit aliud, quām secundū representationem seu præfigurationem ordinis & ritus Sacerdotij Melchisedech. Consiluit autē hec representatio in quinque conditionibus, quas Apostolus explicat ad Hebr. 7. Primò, In conditione Personæ. Nam sicut ille fuit Rex & Sacerdos, ita & Christus. Secundò, In interpretatione nominis. Nam Melchisedech interpretatur Rex iustitiae: idcō quoque erat Rex Salē, quasi dicas Patri: quē vrbs postea Hierusalem est dicta. Vtrumque autē perfectissime conuenit Christo, qui est Rex iustitiae & Patri; quia nobis omnem iustitiam & pacem adduxit. Est etiā Rex Hierusalem, quod est Virgo pacis. Tertiò, In origine, quia ille non habuit Sacerdotiū per originē carnis, sicut Aaronici Sacerdotes; ad quod infinuandū introducitur à Scriptura ad Heb. 7. v. 3. Sine Patre, sine Matre, sine Genealogia. In

quo etiam fuit singulariter figura Christi, qui fuit fine Patre vt homo, & sine Matre vt Deus; vt notauit Chrysostom. 12. in ep. ad Heb. Quartò, In perpetuitate; quia adducitur à Scriptura sine principio & sine finem: sic & Christus aeternus est. Quintò, In nobilitate; quam Apostolus ostendit duplīciter indicari in Scriptura. Primò, Quia ipse benedixit Abraham, ac proinde erat maior illo. Secundò, Quia Abraham dedit ei decimas, & consequenter tribus Leuitica & totus ordo Sacerdotij Aaronici, qui erat in lumbis Abraham, ei decimas, tamquam superiori, soluit.

Dices: Ergo etiam Christus ei decimas soluit. *13 Christus* quia in lumbis Abraham continebatur. Resp. Neg. non est. *Conseq.* Quia nō continebatur in illis secundū *cimatis* *lumbis* *Abrahæ* *secundū* *corporulentam substantiam*, vt inquit D. Augilib. 10. de Gen. ad litteram c. 20. & D. Thos. infra q. 31. a. 8. vnde nō fuit decimatus in lumbis Abraham. Vbi aduerte; Et si ex contextu Genesim non sit, ita clarum vter alteri decimas obtulerit; Apostolus tamen sustulit ambiguitatē. Quod etiā confirmatur ex textu Greco vt nunc habemus, & ex Iosepho l. 1. Antiquitatum c. 18. & insinuator Genes. 14. v. 20. cùm dicitur: *Dedit ei decimas ex omnibus*, scilicet spolijs hostium, vt Iosephus explicat; dc ijs enim dumtaxat ibi fit mentio.

Petes; Cur Apostolus præcipuum similitudinem *14* inter Sacerdotiū Christi & Melchisedech omisit? *Cur Apō.* quæ in hoc consistit; quod sicut Melchisedech ob-*stulus nec* *comparat* *oblationem* *panis cum* *Eucharistia* milites post victoriā de Regibus, ita Christus obtulit corpus & sanguinem sub speciebus panis & vini; quo reficiuntur fideles post victoriam *fia*. de temptationibus. Respondent heretici, Quia ex *Responsio* Scriptura nō constat Melchisedech tale sacrificiū *Heresice* obtulisse: nam Gen. 14. nō dicitur obtulisse in Sa-*ratu*. sacrificium, sed protulisse panem & vinum, nempe officio hospitalitatis in refectiōne fessis: ita enim habebat consuetudo illius temporis; vt patet Iudic. 8. Hanc sententia resert ciuiam Hieronymus ex Hebreis in epist. ad Euagrum quæ tota est de Melchisedech. Verū fide certum est, oblationē illā panis & vini quam Melchisedech fecit, fuisse symbolum & figuram Sacrificij Missar; ac proinde illam factam fuisse Deo in Sacrificiū: licet postea Abraham cum comitibus ex eā sint refecti. Ita docet Concil. Trid. fess. 22. c. 1. Christus, inquit, se Sacerdotem secundū ordinem Melchisedech in aeternū constitutum declarans, Corpus & Sanguinem suum sub speciebus panis & vini, Deo Patri obtulit. Eadem est sententia omnium Patrum; vt patebit Tract. de Eucharistia.

Quare dicendum est, Apostolus idcirco compariationem oblationis vtriusque Sacerdotij omisit; quod ipsi propositū esset ostendere excellētiam Sacerdotij Christi præ Aaronico. Vnde solū debet eas similitudines cōmemorare, quæ ad aeternitatem & dignitatem Sacerdotij Christi demonstrandam pertinerent: ad quod parum facit oblatio panis & vini. Non enim, quia panē & vi-*Vera Responso.* num obtulit, idcō Sacerdotiū Melchisedech erat præstantius legali seu Aaronico; sed ob alias causas, quas Apostolus adduxit. Accedit, quod tota illā epistola Apostolus potissimum agat de sacrificio Christi cruento; cum quo maiorem affinitatem habeant sacrificia sacerdotij legalis, quām sacrificium Melchisedech.

15  
An Christus debet dici sacerdos secundum Ordinem Aaron, qui expressius præfigurabatur eius Sacrificium per Sacrificium Aaronicum.

dum ordinem Aaron,

Fabula Iudaica.

Thomas Waldensis,

Christus non fuit Leuita.

Soluitur Argumentum.

16

Respondeo;

Suidas verbo Iesu in Lexico

refert quandam fabulam à quodam Hebreo Neophyto acceptam, qui narrabat tamquam ingens

arcum Iudeorum, Christum fuisse electum à

Phariseis Sacerdotem templi, ibi; obiuisse mu-

nus illius Sacerdotij. Et Thomas Waldensis

tom. 2. cap. 116. indicat Christum fuisse Sacerdotem Leuiticum in ordine Lectorum: citat Au-

gustinum & Isidorum, qui tamen nihil tale dicunt;

& probat, quia Christus in Synagoga docuit, &

eiecit ementes & vendentes de templo: qua sunt

munia Sacerdotū. Sed omnino certum est, Chri-

stum non fuisse Sacerdotem secundum ordinem

Leuiticum. Patet ex contextu ad Heb. 7. Nam is,

de quo hac dicuntur, de aliâ tribu fuit, de qua nullus

altario praefuit. Manifestum est enim quid ex Iuda

ortus sit Dominus noster, in qua tribu nihil de Sacerdoti-

tibus Moyses locutus est. Idem constat ex c. 9. v. 11.

Non in manu facta sancta introiit Iesu.

Addit,

Quod Sacerdotes non siebant electione, sed ori-

gine ex Aaron & filiis eius. Exod. 29. Leuit. 8.

2. Paralip. 26.

Vnde ad Argumentum;

Respondeo Neg.

Consequentiā: Sacerdotium enim Leuiticum, eti

representaret Sacrificium Christi cruentum; ta-

men erat imperfectum, & temporale, & per ipsum

Christum auferendum: significabat enim statum

Christi paucibilem. Sacerdotium vero Melchis-

dech potius erat perficiendum: sicut Lex Eu-

angelica sustulit legem Moysis, natura vero legem

non sustulit, sed perficit. Vnde Sacerdotium

Melchisdech aptissime representat perpetuita-

tem Sacerdotij Christi. Porro, Fabulam illam

bene refutat Heutenius post Euthymium in Epि-

stolas Pauli.

Ad rationem Waldensis, Nego illa fuisse pro-

pria Sacerdotum: nam etiam Sapientes non Sacer-

dores poterant docere & disputare in templo &

Synagoga, vt patet de Paulo Actori 13. 14. 17.

& maximē Propheta. Eiecit autem vendentes

& ementes non ut Sacerdos Leuiticus: nam Lu-

ce 20. v. 2. interrogabant eum In qua potestate

haec facis? sed ut Propheta, habens diuinitus au-

thoritatem. Occurrunt hic duo dubia.

### DUBIUM I.

Quam potestatem habuerit Dominus ratione  
huius supremi Sacerdotij?

16

Respondeo Primo,

Habebat potestatem ex-

acte satisfaciendi pro toto genere humano

seipsum offerendo: id enim erat proprium munus

huius Sacerdotij ad Deum.

Potestate in

spiritu-

na.

Conficit

in tribus.

Respondeo Secundo,

Habebat supremam po-

testatem in spiritualibus infra Deum nulli crea-

turam communicatam, qua communiter vocatur

Potestas excellentia.

Ita Doctores in 4. dist. 1. &

D. Thomas infra quest. 64. art. 3. ad 4. Patet

Matthaei 28. Conficit autem haec excellentia in

tribus. Primo, In supremâ iurisdictione spirituali

in omnes homines, qua potest illis leges impo-

nere, obligare, dispensare: atque adeo nouam

Rempublicam spiritalem, extra quam non sit fa-

lus, instituere: vt Matthaei 16. v. 18. Tu es Petrus, &

super hanc petram edificabo Ecclesiam meam &c.

Secun-

dò, In potestate condendi Sacra-  
menta, ex se-

vim sanctificandi habentias nouumque instituen-

ti sacrificium, cuius etiam vis in totum orbem

pertinet. Deinde, in potestate sanctificandi, &

remittendi peccata, sine uero symbolo externo,

& etiam per alia quævis per quæ placterit; vt

patet Math. 9. & Luc. 5. Tertiò, In eo quod

omnis alia potestas spiritualis in Ecclesia, deriuata

sit per Christum ab hac potestate Sacerdotij ipsius,

cum ipse eam immediatè à sua diuinitate habeat.

Vt patet prioris ad Corinth. 4. v. 1. Sic nos existi-

met homo ut ministros Christi, & dispensatores my-

steriorum Dei. Et ad Eph. 4. v. 11. Ipse dedit quo-

dani quidem Apostolos, quodam autem Prophetas, alios

Euangelistas, alios autem Pastores & Doctores.

Respondeo Tertiò, Ratione huius supremi

Sacerdotij habuit etiam potestatem in res omnes

temporales totius mundi, quatenus id necessariu-

erat ad finem spiritalem: idque longè perfectiori

modo, quam Pontifex. Et ratio est, quia perfecta

potestas gubernandi ad aliquem finem superiorē,

necessario includit potestatem in omnia inferiora,

qua finem illum possunt impediare, vel pluri-

mum promouere: nam omnia inferiora debent

disponi, prout expedit ad finem supremum; alio-

quin illa potestas esset imperfecta.

17  
Poteſtua in  
tempora-  
lia.

DUBIUM II.

Vtrum Christus, ut homo, solum habuerit hanc  
indireclam potestatem in regna, & restem-  
porales mundi; An etiam directam, tam-  
quam verus Rex & Dominus?

Sunt tres sententiae. Prima, Negat Christum  
talem potestatem habuisse. Ita Dominicus  
Soto in 4. dist. 25. quest. 2. art. 1. & lib. 4. de Iu-  
stitia quest. 4. art. 1. Eiusdem sententiae videtur  
Franciscus Victoria relectione 1. De potestate  
Ecclesiae, quest. 5. num. 15. Secunda sententia est,  
Christum hereditario iure fuisse Regem Iudeo-  
rum, tamquam heredem Davidis. Ita Richardus  
Armacanus lib. 4. Quaestionum Armeniacarum,  
cap. 16. Tertia, Christum absolute fuisse Domi-  
num totius orbis. Ita D. Thomas lib. 3. de Re-  
gim. Princip. cap. 12. sub finem, & 13. & 14. &  
infusuit infra quest. 59. art. 4. & 6. Iacobus Al-  
mainus opusculo de potestate Ecclesiae, cap. 8.  
Ioannes à Turrecremata lib. 2. de Ecclesia c. 116.  
Nauarrus in Cap. Nonit de Iudicij. num. 130.  
respondens ad octauum Argumentum.

Dico Primo, Christus, quæ Deus, est Dominus  
uniuersorum tam temporalium, quam spiritualium.  
Patet; Quia ipsius sunt omnia titulo creationis,  
& conseruationis; & singula ad suos fines guber-  
nando perducit.

Dico Secundo; Christus, ut homo, non fuit  
Rex regni Iudaici titulo hereditario. Est certa,  
& communis Doctorum. Vide Victoriam supra  
num. 16. Probatur Primo, Quia Regnum Messie, &  
de quo Scripturæ, est spiritale, extendens se non  
solum ad Iudeæ terminos, sed ad terminos terræ,  
& dirigens ad finem spiritalem. Psalm. 2. v. 6.  
Ego autem constitutus sum Rex ab eo superion montem  
sanctum eius, predicans præceptum eius. Ioan. 18. v.  
36. Regnum meum non est de hoc mundo. Idem collig-  
itur

18  
Tres sen-  
tentiae.

19

Christus,

quæ homo

non fuit

Rex heri-

ditarius

Iudeæ,

gitur

gitur Isaiae 9. Hieremias 23. Ezechiel 34. & 37. & alibi. Secundo; Si iure hereditario ergo per B. Virginem, vel per Ioseph? Non per Ioseph; quia verè non erat Filius, sed purabatur. Luc. 3. v. 23. Deinde, quis vñquam dixit Iosephum fuisse Regem; aut vnde colligi potest illum descendisse à Davide per Salomonem, & omnes posteros primogenitos per quos ius regni descendebat? Tertio; constat successionem hereditariam regni Davidicis fuisse abolitam in Lechonia, iuxta yaticinum Hieremias 22. v. 30. Scribe viram istam scrip-  
torem, neque erit de semine eius vir, qui sedeat super solium Daud; nempe temporale. Nam Christus descendens ex huius semine, sedet super solium Daud spiritale: vt notat Hieronymus in illum locum; & optimè Ambrosius lib. 3. in Lucam sub finem: vbi fuse ostendit Christum non sedisse nisi in solo David spirituali. Eodem modo probari potest, quod neq; per Matrem regni ius habuerit. Non enim Virgo Regina, aut Pater cuius Rex fuit Israëlis.

*Neque Rex  
Mundi,  
titulus  
humano.*

Dico Tertio: Christus, vt homo, non fuit Rex temporalis mundi, aut alicuius regni, eo modo quo alii homines, scilicet titulo humano, qui excludat aliorum dominia. Probatur Primo; Ioan. 6. Cum vellent ipsum facere Regem, fugit. Luc. 12. v. 14. cum ab ipso peteretur iudicium in causa temporali, respondit: *Quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos?* vbi Ambrosius notat, Dominū non assumpsisse hanc temporalem dignitatem. Secundo; Quia Christus paucarum rerum humano more dominium habuit; vt inter cetera fuse docet Ioannes XXII. in Extraug. *Cum inter nonnullos. tit. de Verborum significacione.* Tertio; quia non erat consentaneum muneri & dignitati ipsius Christi, vt rectè notauit Ambrosius. Veniebat enim, vt doceret contemptum diuitiarum, honorum, & omnium rerum caducarum, tamquā parui momenti respectu caletiū. Vnde in hymno de Epiphania dicitur: *Non eripit mortalia, qui regna dat celestia.*

*Tracton-  
sularia.*

Hinc sequitur Primo; Errare illos, qui affir-  
mant, in ipso conceptionis momento omnes Re-  
ges amississe iura & dominia suorum regnorum,  
solumq; vñsum permisso Christi retinuisse. Secun-  
do; Item eos, qui omnes Reges dicunt esse Christi  
vicarios in temporalibus & spiritualibus: quod  
docuit Ioannes Wicelij testis Waldensij lib. 2. Do-  
ctrinalis fidei antiqua c. 76. Tertio; Parum esse  
probabilem eorum sententiam, qui dicunt Ponti-  
ficem directe esse dominū totius orbis in tempo-  
ralibus; eo quòd sit Vicarius Christi. Vide Vi-  
ctoriam loco citato à num. 13. vsque ad finem.  
Nauarium in Capit. *Nouit n. 88. & sequentibus.*

*20  
Christus,  
vt homo  
habuit po-  
testatem  
indirectam  
super om-  
nia Regna;*

Dico Quarto; Christus, vt homo, saltem ha-  
buit potestatē indirectam super omnia regna to-  
tius mundi, quatenus erat necessarium ad finem  
spiritalem. Vide Victoriam suprà. Patet ex dub.  
superiore.

Dico Quinto; Christus etiam directe habuit *Imo & po-  
testatem excellentiæ super omnes res humanas,*  
& regna totius mundi, ita vt pro suo arbitratu  
*excellentiæ  
in omnia*  
possidet illis disponere: & hoc videntur velle  
Authores tertiae sententiae.

Probatur Primo; Apocal. 19. v. 16. *Erat in se-  
tore eius scriptum: Rex Regum, & Dominus Domina-  
tum;* id est, in humanitate, vt exponit Glossa. Ad  
Hebr. 1. v. 2. *Quem constitutus heredem universorum;*  
scilicet secundum humanam naturam. Psalm. 8.  
v. 8. *Omnia subiecti sub pedibus eius, ques & boves &  
universa pecora campi;* quod Apostolus ad Hebr. 2.  
de Christo exponit, 1. ad Corinth. 15. v. 2. *Om-  
nia subiecti ei, præter eum, qui subiecti ei omnia.* Atqui  
valde impropriè diceretur omnis Rex & Dominus  
& heres, si solum haberet potestatē indirectam;  
nec posset aliter rebus utri, quam sit necesse ad finē  
spiritalem.

Probatur Secundo; Ratione. Primo; Sicut  
Deus est Dominus universorum, & tamen non  
impedit propria dominia humana, sed hæc ab illo  
pendent, sicut causæ particulares ab universali:  
ita potuit sua humanitatē communicare supremam  
quandam illius dominij participationem,  
qua priuata dominia singulorum hominum tolleret.  
Sicut patet in simili, scilicet in potestate spirituali:  
Et si enim Christus habeat supremam potestatē  
excellentiæ in spiritualibus, tamen Pontifex &  
Episcopi habent etiam veram potestatē & iuris-  
dictiōnem. Secundo; Quia Scriptura tribuunt  
Christo duplē potestatē, scilicet sacerdotalē,  
& regiam: ergo hæ potestates sunt aliquo  
modo distinctæ; sicut fuerunt in Melchisedech  
qui erat typus Christi. At potestas illa indirecta  
non est distincta à potestate spirituali, sed intrinsecè  
in illa includitur, tamquam ad eius rationem per-  
tinens: ergo ponenda est in Christo aliqua potes-  
tas directa in regna temporalia. Hinc sequitur,  
Christum potuisse priuare omnes Reges suis re-  
gnis, eaque alijs donare; & omnium Regum iura  
ab ipso pendere, saltem permittiendæ, idque ab ini-  
tio conceptionis: Nam ab initio fuit heres uni-  
versorum; & ab initio dedit ei Pater omnia in ma-  
nus; quamvis vñsum & externam demonstratio-  
nem huius potestatis, non habuerit ante resurre-  
ctionem.

Nec obat; quod Christus in hac vita pauper *Non repu-*  
fuerit; quia sufficit, quod vñ & affectu pauper *gnat pau-*  
pertatis; in his enim consistit virtus & functio pau-  
pertatis. Carentia dominij & incapacitas non est  
necessaria nisi in hominibus peccatoribus, quorū  
affectus facile aliqui mutaretur. Simile est in ca-  
stitate, ad quam sufficit affectus & vñsum; incapaci-  
tas autem Matrimonij non est per se necessaria.  
Adde etiam Christum carissime iure humano, &  
sic quoque pauperem fuisse, licet iure illo superio-  
re esset ditissimus.